

A Phalaridis contententi, tyrannus mandavit, ut litibus desisteret. Qui cum non obediret, extremum periculum ei minitatus est, nisi morem gereret. At ille iudicio superavit eum, qui necessitate imponere voluerat: principes autem Phalaridis irritam iudicii sententiam fecerunt. Id egregie Melanippus rogavit Charitonen, ut sibi adiumento esset ad insidias tyranno tendendas. Chariton, cum sciret neminem civium unà conjuratum metu tyranni, se dum ajebat hoc agitasse, ut patriam à servitute in libertatem vindicaret: sed periculosè hæc multis enuciari, & communi cari: orare tantum, ut sibi de his rebus penitus considerandi curam permitteret, & tempus idoneum ad obediendum facinus capere sineret. Concessit adolescens. Chariton ergo amatum in societatem sceleris assumere noluit, ne amatum periculi faceret participem. Sumpto gladio, ad tyrannum viam assectans, deprehensus est à satellitibus, & quæstionibus examinatus ad prodendos conjuratores, diu fortiter toleravit tormentorum sævitiæ. Interæ Melanippus ad Phalaridem accedens, se non tantum focium hujus consilii, sed etiam auctorem insidiarum Charitoni extitisse, confessus est.

B Igitur tyrannus utrumque liberum dimisit, sed ea lege atque conditione, ut eodem die non solum ex Agrigentinensium urbe, verum etiam à Sicilia excederent. Nihilominus tamen eis permisit ex suis possessionibus, & facultatibus fructum capere. Hos postmodum & eorum amicitiam Pythia celebravit his carminibus:

*Humano generi auctores celestis amoris,
Ter felix Chariton & Menalippus erant.*

Oraculo diabolico obsecrantem hanc Deo & naturæ contrariam, constantis amicitia larva obvelatam, amorem divinum & celestem appellante. *Æl. 1.2. c.4. V. ar. hist. & Herac. Pont. in Amat. & Ath. 1.13. c.7. Diphos.*

CHANNIS quidam primæ nobilitatis adolescens, & Antiphippe mutuo se amantes, clam parentibus festivitate quadam publica digressi simul, convivantibus cæteris in sylvam quandam pervenerunt. Fortè fortuna regis filius Cichyru Pardinum fugientem persequens, jaculo emisso aberrans à feta, puellam transiit. Opinatus autem feram esse, equum propius adegit: & quum videret adolescentem in vulnere puellæ manus habentem, amens factus est, ac vertigine affectus, ab equo in præruptum ac petrosum locum delapsus interit. *Parthen. de Amat. c.32.*

In Creta Lycastus Cydonis filiam deperibat Eulimenem, jam tum Apterum Cretensium principis à parente desponsatam. Quum autem quedam ex Cretensibus urbibus adveniens Cydonem insurgerent, mitti ad oraculum legatos, percutientes, quomodo hostibus superior evaderet. Et responsum accepit, immolandum esse virginem Heroibus patriis. Accepit ergo oraculo, fortiebatur Cydon de virginibus omnibus: & fortuna sic ferente, obtingit filia. Licastus illi timens, indicat ejus corruptionem, & quod multo jam tempore cum ea consuevisset. At populus eo justius esse censebat eam mori. Postquam ergo facta est, iussit Cydon discindere eam circa umbilicum, atque ita inventa est prægnans. Non multo post Apterus Lycastum ex insidiis adortus occidit, & ad Xanthum in Temeata aufugit. *Parthen. c.35. ex Asclepiadis Myrleani 1. lib. Bithynicorum.*

Cum Epimenides Cretensis Atticam terram ob odia quedam antiqua humano expiandam sanguine asserebat, cunctantibus cæteris, Cratinus Atheniensis adolescens seipsum pro patria immolandum obtulit. Aristodemus amator comes mortis esse voluit. *Ath. 1.13. c.27. Diphos. ex Næanthe Cyziceno.*

Antigone Oedipi F. cum fratri Polynici contra Creontis edictum terram injecisset, à tyranno viva tumultum, hæmon vero Creontis F. desiderio puellæ ad tumulum se mandavit. Eurydice Hæmonis filii morte cognita, laqueo se metipsum strangulavit. *Sophoc. in Antig.*

ARISTOTRON Harmodium amat, Harmodius juvenem quandam. Qui cum Hipparchum tyrannum Atheniensium, spreto Harmodio, sequeretur, Harmodius cum Aristotrone in necem tyranni conspiravit, atque ita dum privatam injuriam ulciscuntur, patriam publico malo tyrannidis liberarunt. *Plato in Hipparcho.*

Alexandrum M. in Hyrcania Thalestris Amazonum regina convenit. Imperabat hæc regioni, quæ est inter Phalim & Thermodontem, pulchritudine & corporis robore excellens valde femina, virtute autem & animi magnitudine civis gentis suæ præstabat. Reliquerat copias suas in Hyrcanie sanibus, trecentas tantum Amazonas benè ornatas sic-

cum adduxerat. Alexander reginæ adventum inexpectatum, egregiamque feminatum dignitatem non medio critere admiratus, interrogavit Thalestrim, cujus rei gratia advenisset. Illa se proli suscipiens causa ad eum venisse respondit. Quum enim ipse rebus gestis facillè omnium mortaliùm præstantissimus sit, se autem viribus corporis & animi virtute feminas cunctas antecedere cognoscat: verissimè esse, ex tam excellentibus parentibus editos liberos reliquos hominibus re meliores. Pellectus est Alexander, & plurimum oblectatus simul reginæ sermonibus. Quumque dies tredecim salubri veritati fuissent, magnis muneribus eam donatam rex domum redire permisit. *Diad. lib. 17.*

ALEXANDER instinctu Thaidis meretriculæ, Persopolim urbem combussit. *Curt. 1.5. Eubrio (inquit) scorto de tanta re ferente sententiam, unus & alter & ipsi more onerati assentiuntur: rex quoque fuit avidior, quàm patientior. Quin igitur ulciscimur Græciam, & urbi fascis subimus? Omnes incaluerunt urbe, cum atque surgunt temulentia ad incendendum merem, cui inartati pepercerant. Primus rex ignem reginæ injecit: tum convivæ, & ministri pellicis que.* *Plut. in Alex.*

TIMANDRA meretrix Alcibiadem ab inimicis crudeliter necatum honorifice sepelivit. *Plut.*

Galetes puer amatus à Ptolomæo Ægypti rege, videns eos ad supplicium trahi, salutem eis & impunitatem exoravit à rege.

Sub Tit. Misericordie.

Phocenses Massiliam in Narbonensi Gallia ædificaverat, Commanus Segoregiorum fide Ligurum rex, metuens urbis incrementum, alios quidem palam sacrorum specie, alios plausus impositos & fronde velatos clam urbem misit, noctu exercitum admoveat cupiens. Eas insidias Commani regis affinis Mulier, quæ cum Phocensium juveni suppi commercium habebat, amant in mediis amplexibus detexit, sortem ejus miserata. Is civibus reliquis sine mora negotium indicavit. Ergo Massilienses hostes in urbe primùm latentes interfecerunt: mox impetu in Commanum facto, regem cum exercitu profugaverunt. *Infirmi lib. 34.*

Parthorum rex Phraates habens legitimis liberos, ancillam Italici generis Thermulam nomine, inter cætera dona à Cæsare missam, primùm in concubinatam numero habuit: procedente deinde tempore obitus factus præcellenti mulieris forma, suscepto jam ex ea Phraatae filio, legitimo thoro eam sibi conjunxit. Quæ cum quidquid vellet regi persuaderet, cogitans filio suo Parthorum regnum astuere, intellexit nihil se effecluram, nisi ablegarentur legitimi Phraatis filii. Persuasit igitur marito, ut Romam eos obfides mitteret. Quod illis sine cunctatione faciendum fuit, patre voluntari Thermulæ tam obnoxio. Interæ Phraatae solus domi ad regnum educabatur: qui tactidioso ratu expeclare, dum à patre decedente principatum acciperet, cum matre contra eum conspiravit, eum quæ creditus est etiam stupri habuisse consuetudinem. Ergo partidico simul & incestu exofius populatibus, prius quam confirmaret suas opes, per tumultum pulsus interit. *Iosephus 1. 18. c.3. Antiq.*

In Italiæ urbe Heraclea excellentem forma puerum, Hipparchum nomine, celebris familia ortum, Antileon amabat: sed nullo modo poterat eum sibi conciliare. Circa gymnasia autem versanti ut plurimum puero se accommodaret, tanto ejus desiderio se teneri admittit, ut ejus gratia omnem laborem subire vellet, & quicquid juberet effectum dare. Puer ergo per ludibrium mandavit ei, ut ex munito quodam loco, qui magna custodia ab Archelao Heracleotatum tyranno servabatur, tintinnabula deturbaret: confusus, nunquam ipsum hoc perfecturum. Verum Antileon ex insidiis custodem tintinnabuli occidit: atque inde ad adolescentulum reversus, in magna apud eum gratia fuit. Interæ cum tyrannus puerum de stirpe sollicitaret, Antileon illum quidem propter periculum vitandum admonuit, ne contradiceret: ipse vero è domo excurrentem tyrannum occidit: sed in oviculis colligatas obviam sibi factas incidens, captus fuit & occisus. Civitate autem in pristinum statum & libertatem restituta, utriusque apud Heracleotas imagines arcæ sunt erectæ, ac lex scripta est: Ne quis colligatas in postremum oviculas exigeret. *Parthenius de Amat. cap. 7. ex Phana Erefso.*

A Mithridates Pontifex, cum Thoridotacem Galatam, qui in ipsum conspiraverat, occidi jussisset, verentibus omnibus eum sepelire, Adolefcentula, quæ eum deperiebat, ut impelleret, corpus exornavit. Cum autem ea Mithridates innoxisset, amore captam illud egisse: non modò ejus, quem amaverat, corpus illi ad sepulchrum concessit: verum ut fumus quoque exornaret, pecuniam impendit. *Fulg. 1.5. cap. 1.*

L. QUINTUS Flaminius in libidinibus perquam sædens, consuetudinem cum puero, quem adamabat, habebat, eumque secum adducebat in expeditiones. Is epulante aliqando Lucio, cum per lascivium cavillaretur, adeo ait se ardentè amare eum, ut speculaculum gladiatorum reliquerit, etsi nunquam vidisset hominem jugulari. Lætus Lucius, quamprimùm unum ex damnatis attrahi ad carcere jusfit, acchoque licet inter epulas impetavit, ut eum obruncaret. Valerius Antias anchor est, non puero adamato id indulsisse Lucium, sed mulieri.

Rex Numidiæ Hiempsal, C. Marius F. exulem Syllæ proditorum videbatur. Ejus, quod forma venusta esset, agebat aspera fortuna unam ex regis pellicibus. Commiseratio hæc amoris fuit exordium & prætextus. Ille primùm repulit mulierem. At ubi viam nullam cernit evadendi aliam & illam magis serio quam lascivum adductum amore agere, complexus benevolentiam ejus, atque ab ea emissus, cepit eum amicis fugam, atque fe contulit ad Marium patrem. *Plut. in Mario.*

FLORAM meretricem ajunt nati jam grandiore, ferè semper commemorantem, cum Cn. Pompejo consuetudinem habere solitam, non potuisse fe ab illius concubitu sine aculeo didicere. Cumque eam petenti Geminio familiari Pompejus concessisset, ac postea nunquam amplius eam contigisset Pompejus, id fe non meretricia levitate tulisse ajebat, verum ex maiore desiderio ipsius perditæ agrostæ. *Plut. in Pompejo.*

M. ANTONIUS Triumvir accitissus ad bellum Parthicum militi ad Cleopatram Ægypti reginam, imperans, in Ciliciam ut sibi occurreret ad causam dicendam, quod Cassio diceret multum ad bellum subministrasse opes & subsidii. Qui missus fuit Dellius, ut formam ejus asperit, in verbis que acrimoniam & astutiam animadvexit: quod proximum sentiret, nihil in talem feminam Antonium consuliturum graviss, sed fore illum apud eum maximam: convertit fe ad colendam excitandamque Ægyptiam, itet (ut ait *Hormer. Odyss. 1. 12. de Circe*) in Ciliciam egregie adornata: neque jucundissimum Imperatorem, humanissimumque formidare Antonium. Illa hinc ab Dellio indicia, hinc conjecuras cum ejus prioribus suis formæ cum Jul. Cæs. & Cn. Pompejo filio committis, facillè Antonium speravit fe subacturam, quando puellam adhuc illi & rerum rudem cognoverant: ad hunc vero ventura erat, quo maximè tempore speciem habent feminæ florentissimam, & ingenio vigent. Itaque magnam vim donorum & pecuniarum parat, ornamentaque, qualia verissimè sit potuisse eam ex ingenti opulencia & regno felici afferre: maximum vero spem in fementis suis que ponens præstigiis & veneribus, dat fe in iter. Postquam ergo ad illum venit, blandiendi artem non, sicut Plauto ait, quadrifariam, sed multifariam partita, & feriis intentæ & ludæ, semper novam aliquam objiciebat voluptatem & oblectamentum, quo lætabat Antonium, neque noctu neque interdiu ab eo discedens. Ludebat cum eo alea, potabat, venabatur, in armis exercebat se spectabat, noctu assistentem januis & fenestris popularium, atque in eos, qui intus erant, dicta jacientem, per plateas comitabatur, ac cum eo vagabatur veste ancillari recta. Namque ejuscemodi cultu ornare fe ille elaborabat: unde frequenter dictis, frequenter etiam verberibus multatus regrediebatur. Quamvis esset autem suspectus pleurique, gaudebant tamen illius ludæ, & venilitate Alexandrini, atque alludebant, lætisque dicebant non in scilicet neque inconcinne, tragædam personam eum adversus Romanos sumere, comicam adversus ipsos. Frequenter responda dans terraribus & regibus, pro tribunali tabellas amatorias acceptabat ea, & læcitavit onychibus & chrystallinis. Cum Furnius aliquando magnæ virtutis ait, atque inter Romanos eloquentissimus, causam quandam ageret, Cleopatram læcica per forum delatam Antonius ut vidit, exiliens iudicium reliquit, dependensque ex læcica illam deduxit. Præterea non mediocriter neque exigua donavit ei, sed Phœniciam, Cælesyriam, Cyprum, magnam Cilicæ partem, adhuc Judææ regio-

nem, que balsamum gignit, & Arabiæ Nabathæ quantum ad Oceanum vergit. Calpurnius Cæsaris necessarius eisdem donasse scribit bibliothecas, que Pergami erant, in quibus ducenta millia erant simplicium voluminum. Ejus adventum ad bellum Parthicum proficicentis totus Oriens expavit, ob invicti exercitus famam. Fuit tamen terribis ille belli apparatus Antonio inutilis, qui amatoris (ut fertur) medicaminibus Cleopatæ victus, ut quam primùm ad reginæ oscula & complexus reverteretur, bellum neque loco neque tempore satis idoneo inchoavit. Quippè quem in Armenia hyemare, ut ajunt, oportuisset, ut miles octo millium stadiorum itinere sessus referetur, mox ineunte vere Mediam occupate: Quorum neutrum est ab eo factum. Post bellum Parthicum contracta in gymnasium plebe, postisque pro tribunali argenteo solis duobus aureis, sibi uno, altero Cleopatæ, filiis humilioribus aliis. Primùm reginam appellavit Cleopatram Ægypti, Cyri, Africæ, & Cælesyriæ, collegæ regni Cæsarionæ, qui ex Cæsare Diadatore gravidam relinquente Cleopatram exstimmabatur editus: Deinde suos & Cleopatæ filios reges regum appellavit, & Alexandro Armeniam cum Media & Parthorum regno, cum subactum esset, attribuit: Ptolomæo Phœniciam, Syriam, Ciliciam. Simul pueros produxit, cultu Alexandrum Medicum, tiara directæ & cidari cultum: Ptolomæum crepidis, chlamyde & caustia ornatum diademate redimita. Ille enim Alexandri successorum cultus, ille Medorum erat & Armeniorum. Mox cum salutarent parentes pueri, hunc Macedones, illum Armeni stipavere. Jam cum Octavia Athenas usque progressa, Antonium cum præclaris muneribus exceptura esset, Cleopatra veritas, ne cū gravitate morum, & Cæsaris potentia placidam adjungens consuetudinem, & Antonii observantiam, insuperabilis esset, & semel potiretur viro: deperire simulabat se Antonii amore, ac corpus tenui victu deducebat. Obrutus oculorum ejus adeunte illo obstupescit, marcescens abeunte & dejectus simulabatur. Molebatur subinde videri lachrymari, lachrymas vero quasi illum saluta cito detergebat, & occultabat. Hæc agebantur parante illo protectionem ad Medum. Intervientes autem attentiores Cleopatæ, increpabant Antonium, ut durtum & ferreum, qui immerito perderet hæminam ex illo pendente uno & solo. Octaviam G enim rebus polulantibus fratris Octavii gratia junctam ei fuisse, & nomine frui uxoris Cleopatram vero tam multorum reginam mortalem, pellicem Antonii nominari: neque eam hoc defugere vel designari nomen, quoad apicere illum, & unà liceat vivere: quo si orbatetur, non durturam ultra spiritum. In tanto igitur victu est Antonius, ut Octavia spreta, & per certos suos amicos Romæ domo ejecta, cum Cleopatra viveret. & bello contra Octavianum suscepto, turpissimè victus vitam in scorti impudentissimi amplexibus profunderet. *Plut. in Antonio.*

Vitellii Imp. pater Lucius Vitellius, aliàs vir innocens, & industrius, sed amore libertinæ periniamis, cujus etiam salvis melle commisit, nec clam quidem aut raro, sed quotidie ac palam arterias & fauces pro remedio fovebat. *Suetonius.*

Vitellius Imper. Asiaticum libertum adolescentulum multa libidine consumptum, mox tactio profugum, cum Puteolis poscam vendentem deprehendisset, coniecit in compedes, statimque coluit, & rursum in deliciis habuit. Iterum deinde ob nimiam contumaciam & ferocitatem gravatus, circumforaneo lanista vendidit, dilatumque ad finem muneris repente surrepit, & provincia demum accepta manumisit: ac primo imperii die aereis donavit annulis super carnem, cum manè rogantibus pro eo cunctis, detectatus esset severissimè talem equestris ordinis manclam. *Idem.*

Thorilda Hunningi Gothorum & Suecorum regis uxor, privignos suos Regnerum & Thoraldum per contemptum paciendo præcepit pecori, ne ad regni saltugium aspirarent. At Suabuita Hadingi Danorum regis F. amote & virtute excita, Regnerum liberavit, & gladio magico, dotis nomine ei tradito, ad paternum regnum vindicandum ascendit. Regnerus ergo ducta in uxorem Suabuita, Thorildam occidit, & regnum feliciter partum felicissimè administravit. *Juan. Magn. lib. 2. cap. 16. hist. Gothorum.*

A à parentibus relictus, datique sunt illi nutritii, nutriceque ut splendide & ex splendore domesticae fortunae aleretur. Ceterum parentibus longa peregrinatione amissis, amicitiam & principatum. Scui instituentium cura, ingenii facilitate, tantum inde puer profecit, ut Orho II. illi ignoto adhuc Alafiam filiam, vix infantia egressam, literis dederit instituentiam. Illa ubi eodem venit, ut per aetatem virum cognoscere posset, adolescentem forma & ingenio capta, auctor illi fuit, ut quando ob disparem fortunam ejus conubio aliter potiri non posset, unâ ignoto habitu in alienas terras proficisceretur. Pañi prius inter se matrimonium, fideque in id data & accepta, regia domo occultè digressi, longis itinerebus in Albigenas venere. Hic tandiâ dissimulata utriusque persona ambo commorati, ut ter fit interim Alafia enixa: postmodò agniti, per Albigenam antistitem in Othonis gratiam recepti, eam Italiam partem ab eo possidendam acceperunt, quam Monteferratenses habent, cum eis qui circa illos extremam Italiam incolunt, inter Vesulum montem, Apeninnum, & Liguricum mare. Ex Almaro septem Alafia peperit. Gulielmus maximus natus, patre defuncto, ab Othone avo materno adhuc in humanis agente Marchio appellatus, in paterno locatur principatu. Ceteri Almaro liberi omnes vitium stitibus, avi munere, suum singuli sunt principatum adepti, urbes cum titulo dæz, Savona, Ceva, Incisa, Ponsonum, Boscom, & Salutiæ. Et familia vetusta & illustri tam memorabili casu in Italia per id tempus orta est. Hinc Christiani nominis assertores accerrimi, fundatores insignium templorum, cænobiorumque illustrium, Sab. l. i. En. 9.

Rogerus II. Siciliae & Neapolis rex primogenitum suum Rogerium disciplinae causa ad Robertum comitem Leccium propè Tarentum misit. Illic ex filia Comitum furto concubitu suscepit Tancredum & Constantiam. Morti proximus ex phibiti, patri peccatum suum fassus, ut Comiti ignosceret, & filiam Comitum desponsatè sibi liceret, ne qui superesset liberi, inter furios connumerarentur, petiit & impetravit. Eo mortuo, Rogerus fide non servata Comitem cum Tancredo in exilium pellit, Constantiam cenobio includit. Posteaquam verò Gulielmus IV. absque liberis obiit, qui Tancredum conjugale suum è Grece revocati curavit, proceres Siculi Tancredum regem declarant. Coelestinus verò III. PP. Constantiam è cenobio exemptam Henrico VI. Imp. despondit, & dotale regnum Neapolitanum & Siciliae ejus jussit. Henricus tandem Gulielmum Tancredi F. regno exutum castravit, & regem se Siciliae fecit. Colletur. l. 3. hist. Neapol.

GALEACIUS Mantuae dux cum Papæ hybernaret, puella, quam amabat, per jocum imperante, in fluvium ex ponte cum equo desiliit. Pontian.

BASILIUS Trapezuntis princeps cum Irenem Imperatoris Constantino politani filiam duxisset, & brevis tempore cum ea vixisset, legitimos amores in meretriculam quandam, qua & ipsa Irene dicebatur, transfudit: cujus nefaria consuetudine in uxoris odium est impulsus, ita ut eam palatio quoque exegerit. Greg. l. 11.

Mortuo Nerio Athenarum principe, uxor ejus tyrannidem obtinuit, habens ex marito filium superstitem adhuc puerulum, conciliatis sibi Janizaris. Post adolescentem Venetum, Petri Salmatii, qui Nauplio praerat, F. mercatorum ad amans, ejus pacta est nuptias, si modò uxorem suam Venetam repudiaret. Adolescentem veneno sublata uxore, Athenarum imperio potius est. Mahometus Turcorum Imp. cognito facinore, Franco Nerii patrueli, qui ex Janizaris erat, urbis praesidium commisit. Is scelestam mulierem imperio & vita privavit. Chalcecondylas lib. 9.

UDALRICUS Boemiae dux, cum è venatione rediret, puellam vidit vestimenta lavantem, rusticam rediret, facie, forma eleganti, cui Bonenae nomen erat. Hanc mox inivis familiariter uxorem accepit, ex qua Bizetislaus natus est. Qui ubi adolevit, tanta fuit audacia, ut Juditham Othonis filiam, Ratisbonae in sanctimonialium cenobio permanentem, sola fama peramarit, eamque clam è loco sacro subtraxerit. Pater quem hanc multis validissimè copiis repetet, ac utriusque acies constituit. Juditha in medium progressa, Sabinarum imitatione, utrumque reconciliavit. Bonfinius lib. 2. Decad. 2.

In Granate regno, inter Antidonam & Anticheram urbes, petra est edita, Pegna amatorum, hoc est, petra aman-

tium dicta, ob hanc causam. Juvenis quidam Hispanus Christianus Granatae domino Saraceno serviens, nutrio amorem filiam dederat, & tum libertatis, tum religionis, tum amorum causa cum ea incipio patre fugam inivit. Perveniente jam ad collem hunc, cum patrem eminus insequente vident, metuque territi petram ascendunt, & subeuntes avulsis cepitibus & faxis ascensu arcunt. Pater ira frendens, sagittarum è pagò proximo accessit jubet. Miseri amantes desperata venia atque fuga se mutuo complexi, præcipites se dedere ab ea parte, qua pater ascensum urgebat, casuque extincti, omnium reliquorum animos, præterquam duri & immoti patris, sic permovere, uti ambos, inquit sene, uti erant vestiti, constrictique, eo loci sepelirent. Laurentius Vallalib. 1. Historia.

Joanninus Carazolus Rofeus, ignobili gente ortus, cum in aula Joannæ II. reginae Neapol. amanentis esset, in ejus flammam Joana incidit, eumque Avelenit comitatu, sub uxoriae dotis nomine, donavit, postea ad Melphtentem fequodue ducatur, atque ad magnam Conestabulum exulit. Ceterum qui finis esse solet impuri amoris, ab ipsa regina tandem crudeliter opibus, honoribus, vitæque spoliata fuit. Fulg. l. 6. c. 11.

ALPHONSUS Aragonum & Siciliae rex, in senium vergens Lucretiam ab Allanio, præstanti forma, nec obcuræ genere puellam, adeò impudentè deperire cepit, ut regii oblitus fastigii, ab ea legatos ad Pontificem Max. mitti sultinerit, qui ejus nomine peterent, Alphonso liceret uxorem Mariam sterilem dimittere, ut Lucretiam duceret. Necessario quoque Lucretiae ad summam opes exivit. Riccio l. 4. regum Siciliae & Neap.

Quum Sigismundus Imp. Senis commoraretur, memorabile duorum amantium exemplum intercessit. Euryalus enim juvenis equestis ordinis, & comes Augustae, mira pulchritudine spectatissimus, primo obtutu, mira sentiens amorem exaruit: parti quoque ardore correpta juvencula, quam tanta venustate, formæque præstantia et tempestate præpolluisse memorant, ut alteram multo Venerem cognominarent. Amoris æstus per brevi utrumque voti compotem fecit. Sed abeunte Romam Imperatore, quum Euryalus amicam deserere cogere, secundum digestum, altera sexus imbecillitate patium constans, prae amantis inopia exspiravit: alter amicorum consilio & solatio aliquantisper instauratus, quamvis vitam distulit, nunquam tamen ampliùs tiderè vitus est. Bonfin. l. 3. Decad. 3. Hist. descritti. En. Sylv.

HELENA Ludovici Ungari F. Polonorum regina, procerum voluntate Jagelloni Lituaniae duci nubere cogebatur. Clam ergo Gulielmum Austriacum Cracoviam vocavit. Is arcis ingressu procerum auctoritate prohibitus, in urbe divertit. Conveniente cum eo identidem Hedugis regina in cœnobio divi Francisci luce clara, aulico suo virorum puellarum comitatu stipata, & chorè indultis. Quin fama etiam, seu vera, seu falsa, vulgatum est, eam consummandi cum illo matrimonii, priùsquam Jagello veniret, tanta cupiditate flagrasse, ut cum ille thalamo ejus arceque arceretur, ipsa portam arcis clausam effringere, & in urbe optatis nuptiis cum eo desingerentur: intelligens autem Gulielmus appetè sibi Polonos proceres adversari, simul de adventu Jagellonis certior factus, post aliquantam moram clam sese evoluit Cracovia. Adventabat jam cum fratribus Jagello, & cum magno comitatu Lituanorum. Sed ei Hedugis nuptiarum se non esse prae se ferebat, Gulielmi amore capta: cui se à patre desponsam esse, eodemque lecto parvulum cum parvulo cubuisse asseverabat. Ab Jagellone vero eò magis abhorrebat, quòd cum brevi statuta, deformem & barbarum barbaris moribus esse accepisset. Negabant proceres, valere id matrimonium, quòd inter impubes contractum esset. De Jagellone autem orabant reginam, ut majorem reipub. & sanctissime religionis propagandæ, quam suarum voluptatum rationem duceret. Ubi emollitus est muliebris animus, cum multiplici persuasionem & precibus, tum legatione Zavisæ Olesvicii, qui ad contemplandam speciem moreque Jagellonis per speciem salutandi missus, utraque commodiora opinione in illo esse enunciat: tum demum Jagello Cracoviam venit anno 1386. & cum Hedugis nuptias celebravit, baptisma, regnum & Uladislai nomen suscipiens. Cromer. lib. 14. & 15.

AMOR ERGA PARENTES A LIBERIS

EXERCETUR. Turpian non faciendo, Non obsequendo. AEROTUS, cum posularent ab eo parentes, ut quadam in te inique efficienda esset ipsi praesidio, aliquandiu resistit. Ubi insulterat, respondit: Dum vobis cum fui, nullam intelligentiam habui justitiae. Erim verò quando me patriæ dedistis jusque legibus, præterea ad justitiam & honestatem pro viribus instituitis, hæc potuisti dabo operam, quam Dvos ut sceler. Quia vero vultis me optima agere: optima autem cum privato, tum multis magis imperanti sunt justa: agam; quæ vultis; quæ dicitis, repudiabo. Plaut. in Apoph.

VIAM TUENDO. Cum Lemniae mulieres viros omnes una nocte sustulissent, Hypsipyle regina patrem Thoanthen regem procul abegit servavit. S. ab. lib. 7. Em. 1.

ANTIOCHUS cum ab equo, Patidistiis faucio, Nestoris patris cursum impeditur, is verò Memnone duce exercitus Ethiopum premeretur, à patre inelamatus, Memnone sustinuit, morteque sua patris vitam redemit. Hinc de eo Pindarus ode 6. Pythiorum: Permansens vero divinus ille vir, comparavit sua morte vitam patris. Visus est ergo veterum posteritati, opere hocce mirando parato, summa curam parentes fuisse vitare.

Cum captam esset Illium, Achivi miserati captivorum ærummas, per præconem denunciaverunt, ut singuli ex liberis

Parentum. Confule Titulum, Fidei erga parentes. Item Severitatis in nisi incedenda morte parentum. Icarum patrem Erigonem quoque aegresit Attici interfecit. filia doloris impatiens laqueum implicuit collo. Ovid. in Ibin. Hæglander in Commentariis narrat, Alcionei gigantis filias phiboniam, Anthem, Methonem, Alcipnam, Palenam, Driano, Asteriam; quæ se post obitum patris de Canastræ Pelænæ promontorio in mare præcipitavit, & Amphitrite factæ sunt aves, Alcyones à patre cognominatæ: unde dies seteni dicuntur Alcyonii. Suidas.

Callandane Cyprî Perfarum regis uxor, cum à marito Nitetium Aprys Ægyptiorum regis filiam sibi præponi animadverteret, de hoc ipso coram muliere Perfide conquecta fuit. Cambises decem annorum puert lamentantis matris verba audiens, in has minas prorupit: Ego tibi, mater, cum in virilem aetatem adolevero, summa Ægypti reddam ima, & ima summa. Illud ipsum post reipra præstitit. Herodotus in lib. 3. falsam esse historiam asserit. Nam Cambysi Nitetium pro filia in matrimonium fuisse missam, non autem Cypro patri.

ALEXANDER Magnus matri Olympiadi ex præda Asiatica dona multa misit: ceterum interdixit ei rebus se ingerere: ut ducis munera vindicaret. Expostulatis secum leviter tulit acerbiter. Semel autem, cum proluxas litteras Antipatri illam criminantis perlegisset, ignoret dicit Antipatrem, sexcentas epistolâs una deleri matris lacrymula. Plut. in Alex.

VESPASIANUS natus in Sabinis, & sub Tertulla avia paterna educatus in Hæturia, eam vitam in modum amavit: & ut ejus sibi memoriam servaret, è poculo ejus argenteo fectis diebus potare perleverat. Svet.

HERODES Rex Judæorum oppidum in Capharsaba campo extruxit, à suo patre Antipatro denominavit Antipatrida. Deinde castellum matrem suam Cypron nomine referens supra Hierichuntem condidit, communium egregie, & instruatam amoenis domiciliis. Nec fratris affectus oblitus, memorati illius dedicavit ædificia pulcherrima: primum turrim Phæron non minorem in ipsa urbe, in defuncti monumentum Phasaelum vocatum, propugnaculum urbis munissimum: deinde ejusdem nominis oppidum circa valem Hierichuntinam, qua itur ad Septentrionalia: quo factum est, ut circumquaque situs ager, antea per delertus diligentius coleretur ab habitatoribus Phasaeliticis inde appellatus. Joseph. lib. 16. cap. 9.

BOLESLAUS III. Polonorum Rex mortem patris sui Uladislai multis lacrymis prosequutus, gestabat de collo suspensam auream laminam, in qua nomen & imago patris insculpta erat, ut quoquid vel faceret, vel loqueretur, sic ageret, quasi inspicente omnia se exaudiente patre. Cromer. lib. 5.

AMOR ERGA PARENTES A LIBERIS EXERCETUR. Turpian non faciendo, Non obsequendo.

AEROTUS, cum posularent ab eo parentes, ut quadam in te inique efficienda esset ipsi praesidio, aliquandiu resistit. Ubi insulterat, respondit: Dum vobis cum fui, nullam intelligentiam habui justitiae. Erim verò quando me patriæ dedistis jusque legibus, præterea ad justitiam & honestatem pro viribus instituitis, hæc potuisti dabo operam, quam Dvos ut sceler. Quia vero vultis me optima agere: optima autem cum privato, tum multis magis imperanti sunt justa: agam; quæ vultis; quæ dicitis, repudiabo. Plaut. in Apoph.

VIAM TUENDO. Cum Lemniae mulieres viros omnes una nocte sustulissent, Hypsipyle regina patrem Thoanthen regem procul abegit servavit. S. ab. lib. 7. Em. 1.

ANTIOCHUS cum ab equo, Patidistiis faucio, Nestoris patris cursum impeditur, is verò Memnone duce exercitus Ethiopum premeretur, à patre inelamatus, Memnone sustinuit, morteque sua patris vitam redemit. Hinc de eo Pindarus ode 6. Pythiorum: Permansens vero divinus ille vir, comparavit sua morte vitam patris. Visus est ergo veterum posteritati, opere hocce mirando parato, summa curam parentes fuisse vitare.

Cum captam esset Illium, Achivi miserati captivorum ærummas, per præconem denunciaverunt, ut singuli ex liberis

civibus, quod vellent, unum aliquod secum auferent: Æneas igitur ceteris neglectis, cum eos Penates exportaret, Græci pietate viri permoti, permiserunt, ut id quoque, quod post deos charissimum haberet, fumeret. At ille patrem Anchisen exulit. Tam majori adhuc pietatis admiratione ducti, carissima quaque secum fumeret: non obscurè consentientes, eos qui in deos pii essent, etiam natura inimicos, non irreverenter tractandos esse. Aelian. lib. 3. de Var. hist. Xenoph. in Cynætica, & Q. Calaber. lib. 14. & Virg. Æn. 2.

De Ænea patrem humetis efferebat extat 1. lib. Epigram. elegantissimum carmen:

Εἴ τις ποὺς Ἰλιὰς δόρυτ' ἔσσον ἧρπασεν ἧρος Αἰνείας ἴσον πατρὶ βαρὺ πατέρα' Εὐκλας δ' ἀργείοις, μὴ λίσσεται, μῆκεν ἐξ ἄρου Κέρειο· εἰ γυρολάει, πῶ δὲ ἔσονται μέγιστα.

LAUSIS Mezentii Tyrreni filius, patrem in bello adversus Æneam servavit, coque liberato, ipse ab Ænea interfectus est. Virg. lib. 10. Æneid.

Frattes duo, Amphinomus & Anapias, Philonomus & Callias Aliano: alii Emathiam & Critonem vocant: qui F. apud Catanam Siciliae urbem Pii sunt cognomento appellati, cum ex proxima Ætrea eam urbem flamma corripuisset, nulla vel argenti, vel auri habita ratione, fugientes matrem hic, patrem ille, humetis sustulerunt. Sed enim cum haudquam otiosè festinantem, incendium tamen urgeret, neque illi propter ea dimitterent, ita illam flammam quasi ingentem in duas ajunt partes discessisse, ut per medios ignes cum ipsis parentibus adolescentem incolomes evaserit. Iis apud Catanæ certi & solemnes honores pietatis ergo haberi sunt. Pausanias in Phocicis. Strabo. Valer. lib. 5. cap. 4. Senecalib. 3. de Benef. Plur. oratione ad Apollonium, Silius, Martial. Arist. in lib. de Mundo. Cælius lib. 11. cap. 17. A. Eorum status Claudiam eleganti celebravit carmine, in quo leguntur:

Quod si notus amor provexit in astra Lacones, Æneam Phrygiae raptus ab igne pater: Si vetus Argolicus illustrat gloria fratres, Quis sua materno colla dedere jugo: Cur non Amphinomus, cur non tibi fortis Enapi, Eternum Siculus templum dicavit honos: Pluralicet summa dederit Trinacria laudi, Noverit hoc manus se genuisse nihil: Nec doceat damnis, que devius intulit ardor, Nec gemat exustas igne furentes domos, Num potuit pietas flamma cessante probari? Emptum est ignenti clade perenne decus.

ATYS Cretæ filius, mutus à prima aetate, cum Cyrus Periarum Rex Sargas Agæ oppidum intrasset, ut omnes quoque tot adessent interficeret: alta voce (pietate in patrem unice motus) exclamasse dicitur: Parce patri meo, CYRE, & te hominem esse, vel casibus nostris ducere. Solin. cap. 7. Gellius lib. 5. cap. 9. Herod. lib. 1. Valer. lib. 5. cap. 4. Justinus lib. 1.

Vide Tit. Muti curati.

Sunt qui dicant, post urbem Romam à Gallis liberatam, ob inopiam cibatus, cæptos 60. annorum homines jaci in Tiberim: ex quo numero unus, Filii pietate occultatus, sæpè proferret patriæ consilio, sub persona filii. Id ut sit cognitum, ei juveni esse ignotum, & sexagenarius vitam concessam. Latebras autem eas, quibus arcuerit senem, id est, cohiberit & eleverit, sanctitate dignas esse vitas, ideòque Arcæ appellata. Hinc natum proverb. Sexagenarios de ponte dejicere. Sed exploratissimum illud est causæ, quo tempore primum per pontem cœperunt in comitis sustagium ferre juniores, conclamavere, ut de ponte dejicerentur sexagenarii, quia jam nullo publico munere frungerentur, ut ipsi potius sibi quam illi deligerent Imperium. Sex. Pompejus lib. 17. & Varro lib. 2. de vitâ pop. Rom. Victorius lib. 18. Var. l. c. cap. 7.

Romæ C. Quintio, M. Achilio Coss. sanguinis ingenium mulierem prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam, triumvirum in carcere necandam tradidit. Quam recepitam is qui custodiæ præerat, misericordia motus, non procius strangulavit: aditum quoque ad eam Filiz, sed diligentem excullæ, ne quid sibi inferret, dedit: exitumans futurum, ut inedia consumeretur. Cum autem jam dies intercederent, secum ipse querens, quidnam esset, quòd tandiâ sustineretur, curiosius observata filia, quæ paulò ante pepererat, animadvertis, illam exerto ubere famem matris lactis sui subfidio leni-

A dicitur. Quae tam admirabilis spectaculi novitas ab ipso ad...

FILIA quaedam patrem suum Cimona custodiae traditum...

P. Scipio Africanus superior, vixit annos pubertatis...

Pluto Pinenis juvenis, cum obesse urbis suae claustris...

Cn. Pompejus cum sub patre Strabone, qui bellum gerebat...

Claudius Ubi cubitum discessit, subduxit se clam tentorio...

Civilibus bellis, quibus inter se Antonius atque Octavius...

Proscriptione Triumviri cum ab Antonii & Lepidi militibus...

Opus civis Romanus, a Triumviris proscriptus, cum nimio...

debilitatum morti, quae domi parata fuisset, eripere. Sublatum...

VESPASIANUS, cum in Britannia obsideretur a Barbaris...

Cum Aidanus Scotorum rex a Pictis & Saxonibus in acie...

TOLETANI quidam pater aurarius faber a Petro I. Castellonensi...

ANTONIUS Maria Roberti, qui Veterum exercitum contra Maximilianum...

Conjuraverant contra Petrum Medicem, qui Florentinorum...

Alimenta subministrando.

Liberi Solonis legibus (id quod jure quoque Romano cautum est)...

Alexis poeta scripsit, Athenienses maxime omnium idonei...

Duo quidam Fratres patrem habebant senem, & extrema inopia...

A ranti, post petactum opus solverent. Quod & factum est: nam...

NOMA Pompilius Tati Romanorum regis filiam in uxorem duxit...

TOBIAS, Tobiae filius, ut paterna caecitati remedium quaereret...

CANANAEA, miseriam filiae suae propterea reputans, ad Christum...

Comitando, duendo.

Apud Stob. ferm. 77. Julius quidam in carmine, quod in Bacchum...

ANTIGONE patri suo Oedipo excolato ducem se prebuit. Proinde...

Generositas tibi quidem, sed tamen & stultitia quaedam inest.

CLEOBIS & BITON, Cydippes Cereris sacerdotis filii, cum parentes...

Attalus matrem Apolloniam, quantumvis plebejam, summo sunt honore...

CORNELIUS Scipionis cognomen apud Romanos meruit, quod patrem...

Leonidas Cleonymi F. regno Spartano pulsus, quod populi...

Leonidas Cleonymi F. regno Spartano pulsus, quod populi factioni...

Lex erat, ut qui civium Atheniensium Megara se ad exules contulissent...

HERODES ille, qui Magni cognomen tulit, cum hoste a tergo urgente...

ANTONIUS Grimanus, Turcico bello Venetae classis Imperator creatus...

Condolendo.

HYRCANUS, Simonis ducis & pontificis Judaeorum a Prolemeo...

Honorem tuendo.

Sanctius major, Castellae & Navarrae rex, qui Hispaniam ferè totam...

A plerum de filiis sumptorum esse respondit, quod uxori jubente lege statuerat. Mater autem cum multorum nobilitate vitium supplicationibus, tum vero precibus illius religio- si, qui principes monuerat, & ad penitentiam adduxerat, & amore materno jam commota, suis filiis penē matricidii hac conditione veniam & vitam concessit, ut ei Ramirus privignus, cujus admirabilem virtutem perspexerat, in Aragonia regno succederet. Eidem præterea, cunctis assentientibus, ipsi etiam filii, cum sapē benedixisset, sibi filium & heredem legitimum adoptavit. Tū demum omnium consensu ab Imperatore cum uxore statutum est, ut Garfias in Navarræ, Ferdinandus in Castellæ, Sanctius, quem nonnulli Gonfalmum nominarunt, in Vasconia, & Ramirus in Aragonia regno succederent. *Marinens lib.8. rer. Hisp. cap. ult.*

Ignominiam regendo.

SEM & JAPHET, cum patrem ebrium detectis pudendis invenissent, indice Cham fratre, retō gradientes averfis oculis pallium ei iniecerunt: eamque ob causam a patre benedictionem, Cham verò maledictionem retuleret. *Gen.9. Commendando aliis.*

DAVID fugiens conspectum Saul in maxima afflictione, curam suorum tamen parentum semper habuit, & diligenter eos regi Moabitarum recommendavit. *1. Reg.22.*

CHRISTUS pendens in cruce, matrem suam dilecto discipulo Joanni commendavit, ne in mortis quidem articulo eius oblitus. *Joann. 19.*

Amicos fovendo.

Schadivienna oppidum est cum arce munitissima, per quod Australibus in Siriam iter est. Huic presuit unus ex veteribus amicis Ernesti, qui Frederici III. Cæsaris pater fuit. Adierunt Fredericum aliquor adolescentes, sibi que præfectorum loci committi petierunt, quod qui illam tene- ret, etate ac viribus confectus esset. Ad quos Fredericus, Patrum amicum oppidum, non amico oppidum commendamus. *Aneas Sylvius lib.4. de Alfonso.*

Inimicos persequendo, depellendo.

CLAUDIA virgo Vestalis, cum patrem triumphantem è curia violenta tribunorum plebis manu detrahi animadvertisset, mira celeritate utrique se interponendo, amplifi- simam pietatem inimicis accensam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alteram filia in aedem Vestæ duxit: nec discerni potuit, utri plus laudis tribue- retur, cui victoria, an cui pietas comes aderat. *Val. lib.5. cap.4.*

L. Manlio Imperioso Dictatori ob acerbè habitum delectum belli Hernici causa, M. Pomponius Trib. plebis diem dixit. Ejus filius T. Manlius, quem ob ingenii tardita- tem natus ablegarat, agrè ferens, patrem sua causa à Tribuno plebis vesari, ut omnes dii hominesque scirent, se patri in periculo non deserturum, consilium capit pietate magis, quam civili exemplo probabile: cultro succinctus, omni- bus incisus, sub lucem Romam abiit, & à porta Pomponii Tribuni domum petiit, ibi janitorem appellat, nunciari que Tribuno jubet, T. Manlium Lucii filium ad janam stare, qui ejus colloquium peteret. Introdactus tanquam patri iras- tus aliquod oculi in reum criminis asserret, salute reddita & accepta, juvenis secretum à Tribuno petiit, esse ait, quæ re- motis arbitris velit cum eo agere. Confessum omnibus abire jussis, incautum ille Tribunum stricto cultro invadit, atque jacenti incubans: Nisi, inquit, in ea verba quæ voluero ju- raveris, te à patris accusatione desisturum, ego te hic Pom- poni jacentem transgiam. Ad ea pavido tribunus: nam quid faceret? inermis erat corpus, & strato cubans, atque ob id injurie obnoxius: ceteræ ad hæc fertur, & juvenem stolidè ferens sibi imminere: periculo adactus in Manlii juvenis verba jurat. Cui dimisso præstiti tribunas fidem, quam coactus dederat. Plus enim apud eum valuit filii pietas, quam rei Manlii injuria omnibus superbia. Fuit ea res juveni apud populum honoris: nam quomodo anno tribuni militum in legionibus creandis suffragio essent (Imperator ante eos creare consueverant, Rufulosque vocabant) factum est, ut secundum inter alios Manlius juvenis locum obtinuerit. *Val. l.5. c.4. & Sab. lib.3. Em.4. & Cic. lib.3. Offi- ciorum.*

M. COTTA, eo ipso die quo togam sumpsit virilem, protinus ut è Capitolio descendit, Cn. Carbonem, à quo pater ejus damnatus fuerat, postularis, protractumque eum judicio af-

flixit, & ingenium & adolescentiam præclaro opere auspi- carus. *Val. lib.5. c.4.*

Dicitur M. Cato, cum in adolescentem, qui defuncti patris inimicum involverat infamia, in foro post judicium ambu- lantem incidisset, dextera data dixisset, ita parentibus esse parentandum: non agnis, non hœdis, sed inimicorum lacry- mis damnationibusque. *Plut. in Catoe.* Et sanè hoc lex natu- ralis dicitur, ut quo majore parentes, qui nobis post Deum id ipsum, quod vitali aura fructum, dedcunt, benevolentia complecti debemus, eodē etiam pernacitate odio illum inimicos prosequamur. Ceterum lex Evangelica cæcos hos naturæ impetus illustrat, veraque pietate, quæ extra Christum nulla est, condit, & velut animat.

Liberando.

HARPALICE regina Thracum, equum ascendens, captum ab hostibus patrem, citius quam credi posset, liberavit.

CIMON Atheniensis, ut Miltiadem patrem publicè dam- natum vinculis eximeret, ultro sese carceribus obtulit: mor- tem lubens opperturus, modò patrem à periculo servaret. *F. Val. lib.5. c.4. & Sab. lib.3. c.6. ex Plut.*

Quom Demetrius, Atia & Mæcedonia rex, esset à Seleuco Syria rege captus, per amicum in hoc missum filio Anti- gono II. cognomine Gonato mandavit, ne curaret, si quid scriberet à Seleuco compulsus, neque civitates illi cederet. At filius ultro scripsit ad Seleucum, cedere illi totam ditio- nem, seque obsequium offerens, si Demetrius patri dimitte- retur. Hic pietas certabat cum pietate. Pater filii negli- gens, volebat parci filio si quisque regno: filius contra, patri libertatem & regno & seipso priorem habuit. *Plut. in regem Apoggetm. & Sabell. lib.8. Em.4.*

LIPARTANUS quidam juvenis, ut patrem à prædōne libe- raret, Neapolim profectus, voluntaria servitute remis pro parte sese addidit. *Pont. lib.2. c.4. de Obedientia.*

EMILIUS Lepidus adolescentulus captum patrem ab Hannibale liberavit, & hostem interfecit. Qua pietate statu- am meruit.

Cæcilius Metellus, Numidici F. eod quod patrem assiduus precibus ac lacrymis ab exilio liberasset, Pius dictus est. *Valat. lib.17. Sab. lib.3. c.6. & Plin. cap.63. de Vir. G. lib.3.*

Ariani, qui proscripsi erat, Filius, cum minime ejus proscriptionis penæ additus esset, & rem & pericula omnia previt, cum ate patrem carcere eripuit, & cum eo pro- fugit. *Fulg. lib.5. c.4.*

Calojoannes Græcorum rex auxiliares copias advenfus crescentem Amathias potentiam sibi paraturus, Venetias ixit, & inde Gallia regem Carolum Sapientem accessit. Verum re infecta cum Venetias redisset, neque posset ultas fortis pecuniar accepta mercatoribus persolvere, incarceratus fuit. Audiens hoc minor nati filius Emmanuel, pro Calojoanne patre Venetias fere oppignoravit. *Chalcocondylas lib.1.*

Alphonfi II. Legionensis regis, qui cognomento Castus dicebatur, Vermena soror, cum clam fratre comiti Sancto Santillanensi nupsisset, atque ex eo filium peperisset nomi- ne Bernardum Carpium: rex fortoris matrimonio vehementer perturbatus, eam monasterio inclusit. Sanctum perpetuo carceri damnavit, natum ex eis filium amantem aluit. Qui cum in virum magna prædium virtute evassisset, meritis at- que obsequio primium liberare patrem enixus, ut id non suc- cederet complexit, Mauris conjunctus, quid armis efficeret posset, tentavit: neque unquam vivente Alphonso desistit, neque intermissa unquam post eum ea opera, cum Veremendo primo, Raimiro primo, & Ordonio primo, qui om- nes eo ordine in Legionensi regno successerunt: tandem regnante Alphonso III. armis patrem recepit, jam non decre- pitum modo, sed eum quoque. *Fulg. lib.5. c.4.*

Georgius Superfaxo Vallesianus, cum patres Galli regis cõ- tra Matthæum Schinerum Cardinalem Sedunensem Cæsari addicisset, forever, Friburgi in vincula conjectus, ut juraret, vel per- clatatur. Christiana F. ab Urbis Prætorè Gulielmo Argen- tio, & Liclorum principe accepta colloquendi potestate, no- ßu patrem convenit, custodes carceris liberalitate ad po- tum invitavit: mutatisque cum patre vestibus, eum incisus om- nibus emisit. Filia pietatis ergo data venia. Prætori verò & li- çtor, quod gallicissimi suspicione coluisse viderentur, cervicis tumulti populari abscisse fueret. Georgius in vicina Sabaudia exul consenuit, numerosa prole beatus olim, que tamen brevi tempo-

A tempore universa petiit, præter Christianæ posteror. *S. Sul- cori NAVARRO.*

Dignitatem conferendo, restituendo.

ANTIGONUS rex, quem ingenti prælio superasset hostem, premium belli ad patrem transfudit, & imperium illi tradi- dit Cypri. Hoc est planè regnum, & quidem præpotens, nol- le regnare, quam possit. *Cal. lib.11. c.17. AL.*

Fama est, prægnantem Laviniam post Enæe interitum, cum totius rei summa ad Alcanium devoluta esset, veritatem ne quid apud privignum sibi novecale nomen offerret, ad Tyrtheum le regi peccatis magistrum, quem patri fidissi- mum noveat, contulisse, ab eoque & tempore partus, & post ipsum pæteritum in oculo habitam. Hinc puer Sylvii no- men adeptus est. Eam cum Aborigenes tumultuosè requi- rerennt, Tyrtheus Laviniam produxit: sicque jam inde usque ad Albæ conditionem concordi animo noveat cum privi- gno regnum administravit. *Sab. lib.8. Em.1.*

CORDELLA, Leyri Britannorum regis F. natu minima, quamvis indotata regulo Gallo elocata fuisset, tamen patrem à generis & filius regibus ingratis misit, in quibus ille ipsem omnem poluerat, regno polum restituit. *Polyd. lib.1.*

LEO II. imp. imperium à Leone I. avunculo per manus accep- tum, cum pacatè regeret, otioque & opibus floreret, Zenoni Ilaurico patri suo sponte tradidit habendum. In- dignum (credo) duccens, ac nefarium, imperare, ubi pater privatus ageret. *Sab. lib.3. c.6.*

Cum Isaacus Constantinopolitanus Imp. ab Alexio fra- tre imperio luminibusque simul privatus esset, filius Alexius, Baldum atque aliorum principum, qui ea tempestate ad Syriacam expeditionem pro Christi fide proficiscebantur, ope adjunctus, armis imperium recuperavit. Et quanquam cum omnibus imperatorem salutarerit, eo nomine abstinuit: eduçumque à carcere patrem in consecutum honorem resti- tuit, atque imperatoriam dignitatem paternæ charitati post- posuit. *Fulg. lib.5. c.4. & Egnat. lib.5. c.4.*

Mahomete Turcorum rege vita functo, & Bajazete ejus filio in Cappadocia procul agente, prætoriani milites, & nonnulli equestris militiae principes, qui tunc Byzantii ade- rant, Ilacho & Melithe purpuratis attollentibus, Corchu- tum Bajazete F. adolescentulum Imp. delegerunt, & tradi- tis arcibus atque thesauris avito in solio constituerunt, ut ipsi tutelæ nomine, ex arbitrio cuncta imperii munia ad- ministrarent. Nec Bajazetes ab Amasia Cappadocia re- diens, quanquam le fraudaturum juque imperii, planè que prodi- tum ab omnibus quereretur, quicquam tamen precibus & lacrymis impetraisset, nisi Corchus nolentibus etiam his, qui detulerant, se scriptum patri restituisset. Unde illi mox liberalitate patri Lycia, Caria atque Jonia, cum nobilissima ora ab Attalico sinu Phœceam usque, cesserunt, Iple philo- sophico delectatus otio Magnesiæ agebat. Tandem mortuo patre à Seltimo fratre crudeliter. chorð arcus stragularis est. *Sab. sup. lib.3. ex Iov.*

Vim nullam inferendo.

PERSÆ neminem unquam suum aut patrem aut matrem spontè occidisse ajunt: verum si que talia accidissent, de- prehenso tradunt, aut subditicos aut spurios eos fuisse li- beros. *Herodot. lib.1.*

Non contristando.

Licet Etai reprobus odio haberet fratrem suum Jacob, noluit tamen ipsum occidere, vivente patre Isaac. Unde dicebat: Venient dies luctus patris mei. Circumvenerat, ut Joseph fratres suos callidè in Ægypto circumvenerat, ut pie eisdem liberati, furtive crimine tentato, Benjamin fratrem natu minimum retinuerat, obfidi loco. Tum Judas supplex Josepho accedit, & Benjamin liberationem petiit, ne patrem Jacob annis consecutum, filius Benjamin desiderium penitus conficeret. *Gen.44.*

Non contemnendo.

POMPONIUS Atticus, eques Rom. nobilissimus & familia- ris Ciceronis, tam pius in matrem fuit, ut juraverit, cum ma- tre nonagenaria le nunquam in gratiam rediisse. *Corn. Nepos apud Volat. lib.18. Antioch.*

Amor liberorum.

Consule Titul. Clementia & Indulgentia parentum erga liberos. Fidei erga liberos. Severitatis & Cruelitatis in ulciscenda filiorum morte.

Joseph unum ex filiis amissum multos annos luxit Jaco- bus Patriarcha, nec prius diuturnum luctum absterfit, quam ex insperato reperitus est: cujus vivendi studio patriam & domesticos lares reliquit, migravitque cum rota domo in Ægyptum, centum viginti annos & amplius natus. *Sabell. lib.3. cap.4.*

Tobias junior, cum recessisset à parentibus suis, cæpit mater ejus Anna flere, & dixit: Baculum senectutis nostræ dimissisti. Eo moram faciente, flevit iterum, atque dixit: Heu mihi, fili mi, ut quid misimus peregrinari lumen ocu- lorum nostrorum? *Tob. c.5. & 10.*

TOBIAS cæcus exurgens, occurrit filio suo redeunt, & suscipiens oculatus est cum uxore sua: & cæperunt flere cum gaudio magno. *Tob.11.*

PRINCEPS viri (ait Salomon) amicorum liberorum, quos deamaverant, memoriam conservaturi, eorum curabant pingi & incidi vulnum, studiosè imagines aservabant, oscu- labantur sæpè. Augustum Cæsarem Capitolio exeuntem legimus defuncti nepotis imaginem forma expressam Cupido- nis solum deosculari. Hæc prima idololatriæ Cupido existit.

CHORUS Atticarum mulierum, apud Eurip. in Ione Apollini Delphico pro Creusa regina supplicantium, liberorum causa, inquit: Mihi quidem & divites & regis thalamis præ- ferantur educatione propriae bonorum filiorum. Carentem enim liberis abominor vitam: & cui probatur, vitupero. Cum facultate mediocri vitam cum procreatione liberorum consequatur.

HECUBA apud Eurip. rogans Ulysem, ne filiam Polyxe- nam à se ad necem abstraheret, hos versus subjicit:

Τὴν γέγονα κἀπιδόμα κακίαν, καὶ ἄνασσειν ἔτι καὶ παρὲν ὄψιν, ἢ μὲν ἀπὸ τῶν ἐμῶν, ἢ τῶν ἀλλοτρίων. Πόνος, τὴν δὲ βίαν, βλάστη, ὄψιν ἀδία.

In hac me oblecto, & obliviscor malorum: hæc pro multis est mihi solatium, civitas, nutritrix, scipio, dux via.

MEDA apud Eurip. ait:

Τὸν δ' ἴδον πατὴρ ἐπαίω, τοῦτο δ' ἄνδρ' ἀδάμωδ' ἔθ' ἔγχετο μήνην. — meorum autem filiorum exilium. — vita nique permittatur, non auro tantum.

EURYDICE uxor Creontis, Thebani, Hæmonis filii mor- G te cognita, laqueo vitam finivit.

Confectum lenio Priamus ubi vidit filium suum Politem à Pyrrho Achilles filio interfectum, non potuit ita parcere, quin homicidam insectaretur conviciis, à quo ipso ad aram trucidatus est. *Virr. lib.2. Aeneidos.*

MYCERINUS Rex Ægypti, filiam quam habebat unicam, adeo dilexit, ut mortuæ cadaver includeret aureo bovis si- mulacro: quod in templis proximè deos posuit, floribusque ornavit, quotidie admoda noctu perpetua lucerna. *Herod. l.2.*

ZALEUCUS legislator Loerenus (qui Tulli Hostilii etate vixit) cum filius ejus adulteri crimine damnatus, secundum jus ab eo constitutum utroque oculo privandus esset: ne jus- titiæ repugnaret, filii tamen pietatem non neglexerit, ipse sibi non pepercisit sed prius, deinde filii octulo emuto, utrum utriusque videndū reliquit. *Valer. Max. Seleucum vocat.*

GRÆCÆ mulieres cum tem se vani facerent, atque ex fe- hatos in fanis exponeret, aliquantam pietatis speciem in duro illo munere obeundo retinebant: nec patiebantur filios nudos proflus expectare, suorum honorum ad mortem tradi. Itaque cum necessitati alicui angustissime rei familiaris parerent, non obliviscebantur penitus se matres esse, sed ali- quid sui ornatus sibi detrahebant, corporique ipsorum im- ponebant. Inde autem postea, ut poetae comici tragicique fingunt, aliquando illi agnoscebantur: mutatisque tempori- bus ac fortunis parentum, liberent in familiam suam asciscer- bantur. Hoc diligenter exposuit Terentius in Hæcantioti- morumeno, cum induxit Sostratam, Chremetis uxorem, ita cum viro loquentem: Ut stultè & miserè omnes sumus religio- se, cum exponendum do illi, de digito annulum detra- ho, & eum dico unà cum puella exponete. Si moreretur, ne expertis patris esset de nostris bonis. Hoc etiam servasse Creusam narrat Mercusius apud Euripidem in Ione, cum ex se & Apollinem natum exponeret, inani misericordia mota se muliebri ornatu spoliat, & mortuam filio applicat. *Prætorius lib.2. var. lect. cap.3.*

SELEUCUS Atax rex Stratonicam conjungere amantiss. Antiocho F. amore ejus percuncti, Etasistrati medici concilia- tione, libenter concessit.